FLORA.

56. Jahrgang.

№ 19. **Regensburg, 1. Juli** **1873.**

Inhalt. W. Nylander: Addenda nova ad Lichenographiam europaeam. — C. Hasskarl: Beiträge zur Kenntniss der Chinakultur auf Java. Schluss. — Personalnachrichten. — Einladung.

Addenda nova ad Lichenographiam europaeam.

Continuatio sexta decima. — Exponit W. Nylander.

1. *Collemopsis fuliginascens.*

Thallus niger opacus subsquamuloso-adnatus tenuis inaequalis, squamulis difformibus (latit. 0,5—0,9 millim.), aggregatis; apothecia concoloria innata minutula, thallino-marginatula; sporae 8nae ellipsoideae simplices, longit. 0,009—11 millim., crassit. 0,006—7 millim., paraphyses parcae mediocres, epithecium incolor. Jodo gelatina hymenialis non tincta.

Ad saxa micaceo-schistosa in Finlandia, Asikkala (Norrlin).

Affinis *Collemopsi fuligineae* (Whlnb.), a qua tamen mox distinguitur epithecio incolore et sporis minoribus. Lamina tenuis thalli viridescens.

2. *Lecanora fugiens* Nyl.

Thallus glaucescens opacus, tenuis vel tenuissimus, continuus inaequalis, effusus; apothecia isabellino-albida minuta (lat. circit. 0,2 millim.), margine thallino albido integro cincta; sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,009—0,013 millim., crassit. 0,005—6 millim. paraphyses gracilescentes. Jodo gelatina hymenialis coerulescens dein vinose fulvescens (thecae praesertim tinctae).

Supra saxa sicca in Jersey (Larbalestier).

E stirpe est *Lecanorae piniperdae*, notis allatis facile distincta. Spermatia arcuata, longit, 0,012—16 millim., crassit. 0,0005 millim.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0291-3

3. *Lecanora actaea.*

Thallus chalybeo-cinereus inaequalis rimoso-diffractus (mediocris vel sat tenuis), ambitu subcoerulescenti (et tenuiter albo-fimbriato), apothecia nigricantia prominula (latit. circiter 0,5 millim.), demum convexa biatorina; sporae 8nae ellipsoideae aut subfusiformes, 1-septatae, longit. 0,012—14, crassit. 0,0045 millim., epithecium obscure coerulescens, paraphyses crassiusculae articulatae. Jodo gelatina hymenialis coerulescens (dein thecae violacee tinctae).

Super saxa maritima, socia *Lichinae confinis*, in insula Jersey (Larbalestier).

Species peculiaris e stirpe *Lecanorae crysibes*. Spermatia longit. 0,016—20 millim., crassit. haud 0,001 millim.

4. *Lecanora spodophaeiza* Nyl.

Thallus cinerascens, mediocris, granuloso-verrucosus, ambitu summo tenuiter albo-fimbriato; apothecia badio-rufescentia planiuscula (latit. circiter 0,5 millim.), margine thallino subintegro non prominulo cincta; sporae 8nae oblongae vel fusiformi-oblongae, simplices aut saepe (subspurie) 1-septatae, variabiles, longit. 0,009—0,018 millim., crassit. 0,004—6 millim., epithecium (e clavis crassiusculis paraphysum) dilute fuscescens. Jodo gelatina hymenialis vinose rubescens (praecedente coerulescentia levi).

Saxicola in Jersey (Larbalestier).

Vultu est *L. poliophaeae* vel *spodophaeae*, sed revera stirpis *L. erysibes*. Spermatia arcuata, longit. 0,018—25 millim., crass. 0,0005 parum excedentia.

5. *Lecanora chlorophaeodes* Nyl.

Thallus flavido-glaucescens (K + flavens) verrucoso-granulatus mediocris, hypothallo tenuissimo nigro instratus; apothecia fusco-rufescentia vel testaceo-rufescentia, mediocria (latit. 1—2 millim.), convexiuscula, margine thallino crassiusculo crenato cincta; sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,006—8 millim., paraphyses mediocres granuloso-inspersae non bene discretae, epithecium fuscescens. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein lutescens (thecae fulvescentes).

Saxicola in Finlandia (Norrlin).

Antea habui, eam esse *L. subventosam* americanam, sed haec accuratius examinata differt thallo magis flavescente, apotheciis laetius tinctis (fusco-rubescentibus) et margine thallino integro

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0292-9

cinctis, spermatiis brevioribus, etc. Apothecia in *L. chlorophaeode* saepius conferta. Granula thalli passim subsparsa, alibi conglomerata.

6. *Lecanora atrynella* Nyl.

Thallus albidus tenuiter granulatus vel evanescens; apothecia dilute carneo-pallida (latit. 0,5 millim. vel minora), margine dilutiore mediocri integro cincta; sporae 8nae ellipsoideae, longit. 0,009—0,013 millim., crassit. 0,005—6 millim., paraphyses mediocres, epithecium inspersum. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein fulvescens (thecae violaceo-tinctae).

Ad saxa subumbrosa in Finlandia (Norrlin).

A *L. dispersa* mox differt margine thallino apotheciorum omnino integro, paraphysibus crassioribus et reactione gelatinae hymenialis, affinior que est *L. umbrinae*, ab hac vero etiam distat jam margine eodem integro.

7. *Lecanora rubiginans* Nyl.

Thallus flavidus, sat tenuis, granulosus vel subleprose fatiscens; apothecia ferrugineo-fusca opaca convexa biatorina (latit. 0,4—0,6 millim.), intus pallida; sporae 8 nae incolores subglobosae, longit. 0,007—9 millim., crassit. 0,006 millim., epithecium strato fusco-ferrugineo constans, paraphyses mediocres, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis vix tincta, thecae coerulescentes (dein violacee tinctae).

Supra saxa in insula Hogland Sinus Fennici (Brenner).

Species bene distincta, ex spermatiis prope *Lecanoram orostheam* disponenda, sin potius propriae sit *Biatorae* stirpis. Epithecium K purpurascenti-dissolutum.

8. *Lecanora paroptoides* Nyl.

Similis *Lecanorae hypoptoidi*, sed apotheciis fuscis vel rufofuscis (latit. circiter 0,5 millim.), junioribus praesertim sublecanorinis (margine pallescente); sporae oblongae, longit. 0,010—16 millim., crassit. vulgo 0,0035—0,0045 millim. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose rubens.

Lignicola in Finlandia.

Paraphyses non bene discretae, epithecium fusco-obscuratum (acido nitrico nonnihil purpurascens aeque atque in *L. hypoptoide)*. Thallus albidus tenuis granulosus, dispersus aut evanescens. Spermatia oblonga.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0293-5

9. *Lecanora anopta* Nyl.

Accedit ad *L. paroptoidem*, sed apothecia lecideina vel sublecideina nigra et epithecium subcoerulescenti-infuscatum. Thallus cinerascens granulosus, vel evanescens vix ullus. Apothecia demum convexiuscula immarginata (latit. 0,5 millim. vel minora); sporae oblongae, longit. 0,009—0,014 millim., crassit. 0,004—6 millim., paraphyses non discretae, epithecium sordide coerulescens aut infuscatum. Jodo gelatina hymenialis rubescens vel fulvescens, praecedente coerulescentia.

Super ligna saepium in Finlandia, Hollola (Norrlin).

Comparari possit cum *Lecidea turgidula*, a qua vero mox distinguitur reactionibus thalamii. Spermatia leviter arcuata, longit. 0,007—8 millim. vel paullo crassiora.

10. *Lecanora conglomerans* Nyl.

Thallus albido-cinereus corrugato-concrescens crassus (crass. 2—6 millim.), tuberculoso-inaequalis; apothecia nigra plana (latit. 1—2 millim.), margine thallino integro cincta; sporae 8 nae ellipsoideae, longit. 0,028—40 millim., crassit. 0,016—23 millim., paraphyses gracilescentes epithecium smaragdino-sordidum. Jodo gelatina hymenialis vinose fulvescens (praecedente coerulescentia).

Ad saxa granitica prope Helsingforsiam (Norrlin).

Affinis *Lecanorae caesio-cinereae*, sed thallo crassiore alio et sporis majoribus. Spermogonia tuberculis nonnihil prominulis indicata, ostiolo obscuro; spermatia recta bacillari-acicularia, longit. 0,007—0,010 millim., crassit. non 0,001 millim. adtingentia.

11. *Lecanora carneopallens* Nyl.

Thallus ochraceo-pallidus tenuissimus maculiformis; apothecia carneo-pallida prominula plana (latit. circiter 0,5 millim. vel paullo majora), margine thallino crassulo obtuse cincta; sporae 8 nae ellipsoideae, longit. 0,018—25 millim., crassit. 0,015—18 millim., paraphyses mediocres longiusculae. Jodo gelatina hymenialis vinose fulvescens (praecedente coerulescentia).

Super saxa calcarea juxta rivum Gave prope *Oloron* in Pyrenaeis occidentalibus (Richard).

Species notabilis e stirpe *Lecanorae cinereae*, facie quodammodo accedens ad *L. epuloticam*. Gonidia mediocria (0,007—0,011 millim.). Thecae cylindraceae.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0294-1

12. *Lecidea tenuicula* Nyl.

Thallus cinereo-fuscescens tenuissimus vel obsoletus; apothecia fusca minutula (latit. 0,2 millim. vel saepissime minora), convexiuscula, intus albida; sporae 8nae incolores oblongae simplices, longit. 0,009—0,014 millim., crassit. 0,0025—0,0045 millim., paraphyses crassulae (crassit. fere 0,003 millim.) clava luteo-subfuscescente, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose rubescens (thecae praesertim tinctae).

Supra ramos betulae in Finlandia, Hollola (Norrlin).

Species peculiaris, notis datis bene distincta. Epithecium K obsolete purpurascens. Spermatia tenella recta, longit. 0,0025 millim., crassit. 0, 0005 millim.

13. *Lecidea leucophaeotera* Nyl.

Thallus albus tenuis depresso-granulosus indeterminatus; apothecia fusca prominula marginata, demum convexiuscula margine excluso (latit. 0,5—0,7 millim.), paraphyses distinctae mediocres, epithecium fuscescens, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein lutescens (thecae fulvescentes).

Super saxa in insula Hogland (Brenner).

Vultus *Biatorae* e stirpe *Lecideae decolorantis*, sed apotheciis prominulis infra umbilicato-affixis (facie fere ut in *L. pezizoidea)* et sporis 1-septatis. Thallus K + (citrino-flavens). Apothecia margine pallidiore.

14. *Lecidea subinsequens* Nyl.

Subsimilis *Lecideae insequenti*, sed apotheciis planiusculis, epithecio fuscescente (subgranuloso), hypothecio texturae minus firmae. Sporae longit. 0,006—0,010 millim., crassit. 0,003—0,004 millim. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein fulvo-lutescens.

Lignicola in Lapponia (Norrlin).

Subsimilis quoque *Lecanorae subintricatae* biatorinae, quae vero mox differt apotheciis dilutioribus et hypothecio usque in margine peritheciali gonidia includente, quum in *Lecidea subinsequente* nulla obveniunt gonidia hypothecialia. Thallus pallidus minute granulosus (dispersus) aut saepius vix ullus.

15. *Lecidea symmictiza* Nyl.

Thallus nullus extus visibilis; apothecia testaceo-rufescentia vel testaceo-pallida, convexula, immarginata (latit. 0,3—0,4 millim.), intus albida; sporae 8nae oblongae vel oblongo-ellipsoideae,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0295-7

longit. 0,008—0,014 millim., paraphyses mediocres discretae, epithecium lutescens (non inspersum), hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein lutescens (thecis violaceo-tinctis vel vacuis coerulescentia persistente).

Ad lignum vetustum pini in Finlandia, Evois (Norrlin).

Comparanda est cum *Lecanora symmictera* ecrustacea, a qua parum differt epithecio non insperso et gonidiis minus in hypothecio intrusis, nec bene distingueretur, sed spermogonia spermatiis sicut in *Lecidea Cadubriae* (Mass.), oblongis (an vero rite hujus speciei?). Variant sporae spurie 1-septatae.

16. *Lecidea atropurpurascens* Nyl.

Subsimilis *Lecideae atropurpureae*, sed iodo gelatina hymenialis intense et persistenter coerulescens.

Quercicola in Anglia, New Forest (Crombie).

17. *Lecidea subsphaeroides* Nyl.

Thallus albidus, sat tenuis, areolato-rimosus, rugulosus; apothecia pallido-rufescentia marginata, demum convexa margine excluso, mediocria (latit 0,5—0,7 millim.); sporae 8nae ellipsoideae vel oblongo-ellipsoideae, 1-septatae, longit. 0,014—17, crassit. 0,006—7 millim., paraphyses non distinctae. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein thecae violaceo-tinctae.

Ad corticem fagi in silva New-Forest (Crombie).

Ad stirpem pertinet *Lecideae atropurpureae* (potius quam ad stirpem *L. sphaeroidis)* et notis allatis facile distinguitur.

18. *Lecidea hemipolioides* Nyl.

Thallus cinereo-virescens tenuis vel tenuissimus, subopacus, rugulosus, indeterminatus; apothecia livida vel partim pallentia, convexiuscula (latit. circiter 0,5 millim.), immarginata, intus incoloria; sporae 8nae oblongae, saepius nonnihil curvulae, tenuiter 3-septatae, longit. 0,012—18 millim., crassit. 0,0045 millim., paraphyses non bene discretae, gracilescentes, epithecium incolor. Jodo gelatina hymenialis vinose fulvescens vel subrubescens, praecedente coerulescentia (thecae praesertim tinctae).

Saxicola in Jersey (Larbalestier).

Species bene distincta, spermogonia autem non visa. *Lecidea arceutina* * *hemipolia* Nyl colore apotheciorum fere convenit, sed ea convexiora habet etc.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0296-3

19. *Lecidea carneo-glauca* Nyl.

Thallus glauco-virescens tenuis opacus subleprosus, ambitu albido-limitatus, apothecia sordide carnea vel carneo-pallida, convexa, immarginata (latit. 0,5—0,7 millim.), intus albida; sporae 8nae attenuato-fusiformes 1—5-septatae, longit. 0,025—0,040 millim., crassit. 0,0030—0,0035 millim., epithecium incolor, paraphyses gracilescentes (non bene discretae), hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein fulvescens.

Supra saxa silicea in Jersey (Larbalestier).

E. stirpe *Lecideae luteolae*. Notis allatis facile dignota. Thallus nec K, nec Ca Cl reagens. Sporae saepe sine septis ullis. Spermogonia pallida urceolata [1]) (latit. 0,2—0,4 millim.), margine tenui; spermatia oblonga (structura sicut in *Ramalinis*), longit. 0,004—5 millim., crassit. 0,0015 millim.

20. *Lecidea scotinodes* Nyl.

Thallus obscure cinereus, sat tenuis, inaequalis, areolato-rimosus, subdeterminatus; apothecia nigra convexa immarginata (latit. 0,5 millim.), intus albida; sporae 8 nae incolores oblongae simplices (aut immixtae 1-septatae), longit. 0,014—18 millim., crassit. 0,005—6 millim., paraphyses mediocres apice incrassato obscure coerulescenti-subnigrescentes, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose fulvescens vel rubescens.

In Scotia super saxa micaceo-schistosa Craig Tulloch (Crombie).

Affinis videtur *L. scotinae* (Krb.), apotheciis autem convexis, sporis majoribus et variis notis differens. Epithecium K leviter violascens (acido nitrico bene violascens). Apothecia crassitie (altitudine) fere 0,25 millim. Spermogonia non vidi.

21. *Lecidea contiguella* Nyl.

Thallus albus vel albidus, tenuiter areolato-rimosus, hypothallo nigricante ambitu visibili; apothecia nigra adnata plana marginata (latit. 0,5—0,8 millim.), intus concoloria; sporae 8nae incolores oblongae simplices, longit. 0,011—15 millim., crassit. 0,0045—0,0055 millim., epithecium obscure coerulescens, paraphyses fere mediocres, hypothecium fuscum. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose rubescens.

1) Spermogonia urceolata quoque alibi cognita sunt, ex. gr. in *Lecidea pineti*.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0297-9

In Scotia, ad saxa quartzosa Morrone (Crombie).

Thallus K—, J—. Est quasi *L. lactea*, sed haec rationibus aliis mox distat. Cum *L. symphorella* etiam comparetur, ea vero epithecio hypothecioque aliter tinctis, apotheciis convexis, etc. Spermatia visa bacillaria, longit. fere 0,007 millim., crassit. 0,001 millim. adtingentia.

22. *Lecidea deludens* Nyl.

Thallus albidus (K + leviter flavescens), firmus, tenuis, rimosus, hypothallo tenuissimo nigro obsolete cinctus; apothecia nigra innata circumscissa plana (latit. circiter 1 millim.), obtuse marginata, intus concoloria; sporae fuscae 1-septatae, longit. 0,022—27 millim., crassit. 0,008—0,013 millim., paraphyses discretae regulares mediocres clava fusca (vel violaceo-fusca), hypothecium fuscum. Jodo gelatina hymenialis intense coerulescens.

Ad saxa apud cacumen Ben-y-gloe in Scotia (Crombie).

Affinis *Lecideae colludenti*, sed notis allatis (colore thalli, apotheciis, epithecio etc.) differens. Epithecium K purpurascens.

23. *Lecidea subgyratula* Nyl.

Thallus nigricans tenuissimus opacus subrimosus; apothecia nigra gyroso-rugosa (latit. circiter 0,5 millim.), crassit. 0,008—10 millim., epithecium fuscescens, paraphyses graciles non distinctae, hypothecium nigricans. Jodo gelatina hymenialis vinose fulvescens (praecedente coerulescentia levissima).

In Scotia ad lapides supra Morrone (Crombie).

Facie fere *Lecanorae simplicis* (Dav.), sed thallo distincto, alio. Prope ad *Lecideam umbonatulam* forsan optime disponenda sit et prope *L. gyrizam*.

24. *Lecidea confoederans* Nyl.

Thallus vix ullus visibilis; apothecia nigra plana, obtuse marginata, verrucose congesta (verrucae illae latit. 2—4 millim., altit. circiter 1 millim., e 20—30 apotheciis vel pluribus compositae), intus nigricantia; sporae 8nae oblongae simplices, longit. 0,010—11 millim., crassit, 0,003—4 millim., paraphyses mediocres vel crassiusculae apice clavato-incrassato coeruleo-nigrescente vel smaragdino-coerulescente, hypothecium crassum fusconigrum. Jodo gelatina hymenialis intense coerulee tincta (dein coeruleo-nigricans).

In Scotia ad saxa quartzosa montis Morrone in Braemar (Crombie).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0298-5

Species optime distincta (comparanda cum *L. subdeclinata)*, apotheciis in verrucis nigris majusculis congregatis, verrucis his apothecinis contiguis aut sparsis; faciei lugubris. Hymenium tenue (altit. 0,05 millim.), supra smaragdino-coerulescens; hypothecium multiplo crassius nigricans (pro parte K nonnihil purpurascens).

25. *Lecidea delimis* Nyl.

Thallus obscure cinereus, verrucoso-granulatus vel rugosus, mediocris, ambitu infuscato deplanato (ex hypothallo subfimbriato); apothecia nigra (latit. 0,5—0,8 millim.), demum convexa immarginata, cinerascenti-suffusa, intus concoloria; sporae 8nae incolores oblongae 3-septatae, longit. 0,015—18 millim., crassit. 0,004—5 millim., ad septa subconstrictiusculae, epithecium granulosum, paraphyses mediocres molles, hypothecium crasse nigrum. Jodo gelatina hymenialis vinose fulvescens vel subrubescens.

Graniticola in Jersey (Larbalestier).

E stirpe sit *L. premneae*, at fere *Opegrapha*, sed paraphyses regulares. Gonidia (saepius chrysogonidia) oblonga (interdum 2 vel 3 concatenata). Spermogonia non visa.

26. *Lecidea subviridis* Nyl.

Thallus virescens vel subobscure virens, subnitidiusculus, rugulosus; apothecia nigra minuta (latit. circiter 0,2 millim.), plana, distincte marginata, intus albida; sporae 8nae incolores oviformes 1-septatae, longit. 0,011—16 millim., crassit. 0,005—7 millim., epithecium fuscum, paraphyses mediocres, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein fulvo-rubescens.

Super saxa silicea in Jersey (Larbalestier).

Species bene distincta, sporis arthoniomorphis et notis ceteris. Forsan ad stirpem *Lecideae arthonizae* pertinens.

27. *Lecidea lutulata* Nyl.

Thallus ochraceo-lutulentus tenuis leprosus, vel indistinctus; apothecia nigra convexa (latit. circiter 0,4 millim.), immarginata, intus concoloria; sporae 8nae incolores, ellipsoideae vel oviformes, simplices, longit. 0,007—9 millim., crassit. 0,003—4 millim., paraphyses non discretae, epithecium (cum thalamino) coerulescens, hypothecium fusconigrum crassum. Jodo gelatina hymenialis vinose fulvescens vel subrubescens (praecedente coerulescentia).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0299-2

Ad saxa in Jersey (Larbalestier).

Videtur pertinere ad stirpem *Lecideae dispansae*, sed spermogonia nondum visa.

28. *Lecidea Urceolariae* Nyl.

Apothecia nigra minuta (latit. circiter 0,2 millim.), crassiuscula, marginata, intus obscura; sporae 8 nae fuscae oviformi-ellipsoideae 1-septatae, longit. 0,012—18 millim., crassit. circiter 0,007 millim., paraphyses non discretae, hypothecium (cum perithecio coerulescenti-nigricans (sat tenue). Jodo gelatina hymenialis non tincta (lutescens).

Supra thallum *Urceolariae scruposae* in Finlandia media (Norrlin).

Est Habrothallus mox cupula hypotheciali nigra et epithecio impresso dignoscendus.

29. *Endococcus subsordescens* Nyl.

Thallus sordide cinerascens, vage effusus, tenuissimus vel evanescens; apothecia nigricantia minuta (latit. circiter 0,1 mill.), parum prominula; thecae polysporae saccatae, sporae dilute nigrescentes, ellipsoideae vel oviformes, 1-septatae, longit. 0,005—7 millim., crassit. 0,0025—40 millim., paraphyses nullae. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose rubescens.

Supra corticem *Alni incanae* in Finlandia, Hollola (Norrlin).

Thallus gonidia varia et filamenta toruliformia vel capnodina nigricantia continet, verisimiliter non propria. Spermogonia peridiis apotheciorum minora (latit. circiter. 0,04 millim.), spermatiis oblongis minutulis. Forsan sit *Baeotithis* sensu Norm. *Allelos.* p. 246, sed certe convenit cum *Endococcis* (comparandus cum *E. haplotello* et aliis). Observetur, *Endococcos* esse *Peridieos* aeque ac *Mycopora*, nec *Pyrenocarpeos*; sint fortasse ceteroquin omnes Peridiei ad Fungorum classem relegandi.

30. *Mycoporum populnellum* Nyl.

Thallus nullus vel macula effusa cinerascente indicatus; apothecia nigra opaca verrucarioidea, sat conferta, minutissima (latit. 0,05—9 millim.); sporae 8nae incolores oviformes 1-septatae longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,003—4 millim., in thecis saccatis subgelatinosis, paraphyses nullae.

Ad corticem populi in Finlandia, Asikkala (Norrlin).

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0300-9

31. *Mycoporum physciicola* Nyl.

Apothecia nigra subhemisphaerico-prominula minuta (latit. haud 0,1 millim. adtingentia); sporae 8nae fuscae oblongae vel oviformi-oblongae, 1-septatae (ad septum subconstrictiusculae), longit. 0,010—13 millim., crassit. 0,004—6 millim., paraphyses nullae. Jodo gelatina hymenialis non tincta.

Supra *Physciam parietinam* decoloratam in Gallia prope Ranton (Vienne), supra corticem populi (J. Richard).

Apothecia saepius sat conferta; Physciae necare videtur lacinias, quas occupat. Sporae sicut in Habrothallis.

Parmelia exasperatula Nyl. Forsan subspecies *P. exasperatae*, sed tenuior, thallo minore et laciniolis parvulis linearibus conferte munito. Corticola in Finlandia media (Norrlin).

Cladonia decorticata Flk. (primaria D. L. no. 75, Coem. Cl. Belg. no. 104) revera species distincta videtur non minus a *Cl. pityrea* Flk. (a qua non differt *acuminata* Ach.) quam a *Cl. macrophylla* (Schaer.). Observetur simul, scyphos omnibus his tribus Cladoniis esse pervios, nec clausos. *Cl. macrophylla* (Schaer., *Cl. decorticata* Fr., Nyl.) dignoscitur quoque sporis multo minoribus a *Cl. decorticata* Flk.

Nomen *Biatora viridiatra* Stenh. dicatur *Lecidea lutcoatra*, nam sistat revera potius Lecideam quam Lecanoram.

L. aitema Ach. non sub *Lecanora symmicta* jungenda est, ut perperam attuli in Flora 1872, p. 249, sed sub *L. symmictera*.

L. xylitella Nyl. ducenda est ad *L. heterellam* Nyl.

Lecidea polycarpa var. *seriata* Bagl. et Carest. Catal. Valses. p. 383 est nova species dicenda *L. conturmans* et *Asp. olivacea* eorundem auctorum est mea *Lecanora cupreoatra*.

Nomen *Lecidea colludens* forsitan conservari possit, licet eo pertineat *L. atroalba* var. *rivularis* (Flot.?) Zw. exs. no. 202, nam distributum adest etiam nomen *Biatora rivularis* Flot. et nomen meum ceteroquin sensu alio magisque definito sumitur. Minime ne quidem affinis est *L. badioatrae*, quacum jungitur, ut varietas, a cl. Arnold.

Opegrapha rufescens specie, ex nota spermogoniorum, differt ab *O. herpetica*.

Thelococcum est genus novum, ad quod pertinet *Thelocarpon albidum* Nyl. *Pyrenoc.* p. 9, separandum a *Thelocarpis*.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0301-5

Pyrenula areolata Ach. Syn. p. 122 videtur *Verrucariae clopimae* subspecies vel propria species, gonidimiis hymenialibus oblongis vel cylindraceo-oblongis.

Nomen *Verrucaria analeptoides* Nyl. in Flora 1867, p. 180, non retineri potest, sed dicatur *V. analeptiza*, nam adest *V. analeptoides* (Bagl. et Carest.) anni 1864 (in Lich. n. Valses p. 446) quae jam sporis tenuioribus et spermatiis longioribus differt a *V. micula* Flot.

Beiträge zur Kenntniss der Chinakultur auf Java.

Von K. W. van Gorkum.

(Aus dem Holländischen mitgetheilt von C. Hasskarl.)

(Schluss.)

Nachdem in Europa ± 140 Kilogr. Rinde unter der Hand für 3 fl. und ± 100 Kilogr. für 2 fl. per Kgr. als Probe verkauft worden waren, wurde am 20. Oktober 1870 zu Amsterdam die erste öffentliche Versteigerung von ungefähr 750 Kgr. Chinarinde abgehalten; diese Parthie brachte (bruto) durchschnittlich fl. 2.57 per Kgr. ein. Die verschiedenen Rinden waren unter den gebräuchlichen Handelsnamen angeboten worden und zwar auf den Rath Sachverständiger in den Niederlanden, obwohl von Java aus dringend gebeten war, diese Rinden nach den Bäumen zu benennen, von welchen sie herrührten. Bei der 2. öffentlichen Versteigerung zu Amsterdam am 14. März 1872 wurden denn auch 6200 Kilgr. Chinarinde unter ihren wahren Namen angeboten und haben sich verschiedene Stimmen im Auslande bereits günstig darüber vernehmen lassen. In den officiellen und Handelsnachrichten wurde diese Summe zu 5820 Kilogr. angegeben; nähere Untersuchung bewiesen aber, dass man sich um 348 Kgr. geirrt hatte. Es müssen immer bei dem Gewichte einige Unterschiede entstehen gegen die der Ablieferung, da die Chinarinden, wie sorgfältig sie auch behandelt werden, immerhin noch etwas nachtrocknen. Diese zweite Parthie wurde zum durchschnittlichen Preise von fl. 3.06 per Kilogr. verkauft. Beim äusserlichen Erscheinen der Rinden wurde bedeutender Fortschritt wahrgenommen und waren die Berichte in Bezug auf Behandlung und Verpackung derselben einstimmig zu deren Gunsten. Dabei ist zu berücksichtigen, dass alle diese mit der ersten und weiteren Behandlung der Chinarinden verbundenen Beschäftigungen auf Java noch ganz fremd und neu waren.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03638-0302-0

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1873

Band/Volume: 56

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Addenda nova ad Lichenograohiam europaeam 289-300